Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



speciebus comparatio. quia in locustis elati et uani. et
in caudis scorpionum uenenati. et in equis lasciua
uani. et in humana facie simulatione callidi.
et in capillis mulierum moribus incompositi. et in
dentibus leonum feroci. et in loricis ferreis corde no
tantur pfidi. Et uox alarum earum sicut uox cur-
ruum equorum multorum currentium in bellum. Quod superi
p caudas hoc designatur hic palas locustarum. id est po
tentia hereticorum uel doctrina. dicta quam ipsi eligunt.
Quarum cuiam uox bene similis dicitur currum equorum
multorum currentium in bellum. Nam currus quando
ab stabulis pdeunt. diuisi. abinuicem et seiuncti ab
inuicem incedere solent. usque quo ad locum certaminis
uenientes coniungantur. et pari uoto pugnent. ita
et heretici semetipsos diuidunt et contrarios sibi
errores pferunt. ut uerbi gratia. fotinus negat xpm.
ante omnia fuisse. sed ex ipsa initium dicit cum
sumpsisse. et uerum corpus habuisse. econtrario ar
rius dicit eum ante secula natum sed creaturam esse.
Similiter et ceteri uarios mendacium inuenium erro
res. ualde sibi contrarios. Sed quanuis inter se dissidi
ant. tamen contra unitatem ecclesie unanimiter pug
nant. Et habebant caudas similes scorpionum. et
aculei erant in caudis earum. et potestas earum noceri
di hominibus mensibus quinque. Per caudas ut supra
dictum est potentia temporalis intelligitur. p quam no
cent coniungentes suo errori principes huius secti.
Verum quod superius fuerat pmissum de caudis
scorpionum hic adiungitur cum dicit. et acula in